
THE
JOHN·M·WING
FOUNDATION
OF THE
NEWBERRY
LIBRARY

Sermo de Tripli Iustitia R. Patris Martini Luther Augustiniani Vuitebergen.

Sermo De Triplici Justicia R.
Patris Martini Luther Augustiniani Vittēbergeñ.

Triplex est peccatum/cui triplex opponitur Justicia/Teutonice fromckeyt?

¶ Primū est criminale.i. manifeste malum quod etiā potestas secularis punit vt furtū/homicidiū/incendiū/sacrilegiū ꝛc? Quorū aliqua gladio/igne/aqua/furca/rota plectit? vt in iure Ciuili? Aliqua penitentia Canonica vt simplices fornicationes/et alia quedam/vt in iure Canonico?

¶ Justicia huic ꝯtraria/est illa speties iusticie q̄ simias Solomonis/pauones et sicomoros facit? Qua fit vt corā hoīb⁹ bon⁹ vir sit/et accusari nō possit/euadatq; penas legis/ꝯseq̄tur q; ꝓmissa tꝑalia legis Ro.x. Moyses scripsit q̄ iusticiā/q̄ est ex lege/si hō fecerit/viuet in ea? Et Esaie? Si volueritꝭ et audieritis me/bōa terre comedetis? Talis fuit Naaman Syrus vir magn⁹ apud dn̄m suū/ꝑ quē dn̄s dabat salutē Syrie iiij: Reg/v/Tales mꝛti reges Israel et ppꝛus israel/q̄b⁹ dn̄s dedit bona tꝑalia et victorias mꝛtas licēt essent iuxta idolatre tales Samaritani a q̄b⁹ abstulit dn̄s leones/cū tamē idola colerēt et dominum deū simul? Tales Romani iuxta B? Augu/lib. ciui: quib⁹ dn̄s dedit imperiū amplissimum? Sic solet et principes ditare? Tales vsq; hodie sunt omnes qui penitēt ꝓpter pestem/famem/bellū/aliaue flagella dei/qui tūc orant/qui processiones faciūr/vota sanctis vouēt? Hic cultores sctōrū et sacerdotes ꝓpter presentiam seruiētes/et religiosi similiter/et qui talia similia multa faciūt? Et breuiter hec est iusticia/que recipit hic mercedē suaz/et in futuro mitius quidē punit q̄ criminosi? Secundo nō deo/sed sibi seruit/nec est filiorum/sed seruorū iusticia/nec Christianorū proprie/sed iudeorū et gentiliū nec Christiani ad eā sunt exortādi/quia ꝓcedit ex timore pene/vel amore cōmodi sui/nō amore dei ¶ Tertio facit hypocritas/superbos mente cordis sui/temerarios iudices aliorum/vt patet in phariseo illo/et Simone leproso/Quarto/hanc Apꝛus Gal/iij/maledictā asserit/qui ex operibus

egis sunt. sub maledictio sūt. Ideoq; Christiani. q̄ eternis bonis sunt ditādi nō sunt exhortandi ad illā. sed dehortandi potius ad meliorē. Vnde nō est gaudendū in his. sicut Principes Saxonie deus. gloria. diuicijs. voluptate ditat. quia religiosi sunt. Et si hec nō sint satis. nascetur adhuc vn⁹ mōs argenti. et pax seruabit̄. Ipsi viderīt an bene id eis cedat. ne sint mercenarij. Sunt enim hec p̄mia vilissime huius. et maledicte iusticie. Pertinens ad benedictionē Esahu et filiorum eius. Hij sunt iactatores liberi arbitrij Themenitarū. Sic deus munerat etiam mala. quia sicut in oculis hominum bona sunt. ita et in oculis hominum recipiunt bona.

¶ Alterum est peccatum essentiale. notale. originale. alienum de quo psal. l. Ecce em̄ in iniquitatib⁹ ꝯceptus sū. et in peccatis cōcepit me mater mea. De quo Chr̄us. Non potest arbor mala fruct⁹ bonos facere. Et Ro. v. Per vnius inobedientiā peccattores constituti sunt multi. et per vnius delictū in oēs hoīes in cōdemnationē. Et hoc est peccatū quod facit priorē iusticiam esse nihil et malam. et maledictam. sicut Christ⁹ ait Aut facite arborē bonam. et fructus bonos. aut arborē malā et fructus eius malos. Secundo id peccatū est incurabile virib⁹ hominis. nec aliquid hic valet lib. arbitriū. ita vt et sancti dicant. Quod nolo malum hoc facio. Et Gal. v. Nō que vultis facitis. p̄s. xxxvij. Qm̄ lūbi mei īpleti sunt illusionib⁹ ꝛc̄.

¶ Tertio. id est ꝙ omnes sentim⁹ in concupiscendo. irascēdo presertim obiectis presentib⁹. vt dicit domin⁹ de oculo nequā ꝛc̄ / Ideo dixi essentiale. quia per natiuitatem contrahim⁹ et manet semp̄. nec aliquādo transit sicut actuale. sicut fons. venenū. aut aqua salis naturalit̄ salsa ē. sicut corp⁹ leꝓsum naturaliter ē tale. et corp⁹ cecum similiter. nō hic cū logicis ago.

¶ Iusticia huic ꝯtraria similiter ē natalis. essentialis. origīalē aliena. q̄ est iusticia Christi Joā. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spū. Item Joan. i. Quotquot eū receperūt dedit eis potestatē filios dei fieri. Et. i. Joan. iij. Qui nat⁹ ex deo non peccat (. i. non est peccator) sed generatio dei ꝯseruat eū Ro. v. Per vnius hominis iusticiam in omnes homines in iustifi-

cationē vite. et per vnius hominis obedientiam iusti cōstituētur multi. Hec est de qua nuper diri. q̄ sit sors. capitale fundamentū. petra nostra. et tota substantia nostra. in q̄ gloriamur in eternū. vt Apostol⁹ ait. Quod vita nostra absc̄odita est cū Christo in Deo. et iterū vt nos essemus iusticia dei in illo Et. i Corinth. i. Qui factus est nobis a deo iusticia et sapientia. et sanctificatio et redemptio. Et. i. Corin. iij. Fūdamētū aliud nemo pōt ponere. Secūdo hec fit nostra per fidē. Ro. i. Just⁹ ex fide viuit. et. x. ca. Corde creditū ad iusticiam. hec per baptismū confertur hec est ppria quā Euangelium annunciat. t non est iusticia legis; sed iusticia gratie.

¶ Tertio. Hanc qui habet etiā si peccet. nō damnatur. psalm⁹ lxxxviij. Si peccauerit rē. Hic est em̄ filius delicatus (vt dicit) qui nō potest offendere quicquid fecerit. ps. xviij. Vniuerse vie domini misericordia et veritas.

¶ Quarto. Per hanc fit hō dominus omniū quia iusticia eius de celo p̄spicit. et hic iusticia et veritas obuiant sibi. Justicia et pax osculatur. Veritas enim de terra oritur. Nam sine misericordia homo est hypocrita. sine iusticia inquietus. Gratia facit veracem. iustum. et vera iusticia pacem. sed ea veritas. Christus est. homo vanitas.

¶ Quīto. Ro. v. Aplus dicit q̄ Adā sit forma futuri scilicet sicut Adā vno peccato oēs ex se natos facit eodē suo peccato proprio. illis iā alieno. reos. et dat quod habet. Ita Christus sua iusticia oēs ex se natos facit eadē sua iusticia. illis aliena. et imerita. iustos et saluos. Vt sicuti alieno pecto dānati sumus ita aliena liberemur iusticia. Et ideo essentialē hāc diri et eternā. q̄a manet semp. nec cessat aliquādo sicut actualis. Juxta illud ps. cx. Justicia eius manet in seculū seculi. Sol⁹ Christ⁹ est etern⁹. ideo iusticia ei⁹ quoq̄ eterna. et tū nostra. Hec est misericordia dei patris. hec gratia noui testamēti. qua dulcis est dominus his qui gustant eū. in hac oportet nos saluos fieri. et nulla alia. Actuū. xv. Non est nobis datū nomen sub celo rē. ps. xxx. In iusticia tua libera me. Et deus in nomine tuo saluū me fac rē. hoc est q̄ diri. Nullus saluat nomi-

ne suo ꝓprio. sed appellatio (.i. nō vt Petrus Paul⁹ Joānes sed vt Christian⁹ (sicut ait Joan. iij. Nemo ascēdit in celū nisi q̄ descēdit filius hoīs. qui est in celo. de qua nup̄ latius dixi.

¶ Tertium peccatū est actuale / quod est fructus originalis / hec suntiam ꝓpria peccata omnia / scilicet opera que facim⁹ etiā iusticie priores / ante fidē / iuxta Apostolum Ro. ij. et. iij. Qui aliū doces / teip̄m non doces / et nō est iustus / nō est intelligens / et eadē facis que iudicas / in quo em̄ iudicas teipsum et hoc augetur malum peccati originalis / nec tamen potest vitari proprijs viribus.

¶ Justicia huic cōtraria est actualis / fluens ex fide et iusticia essentiali / de qua Appl̄us. Sicut portauim⁹ imaginē terreni et. c. p̄s. lxxxiij. Justicia ante eum ambulabit (.i. corā eo erūt iusti in opere) et ponet in via gressus suos. Et de ista nūc latius dicendum / vbi dimissum fuit nuper a me.

¶ Primū hec opera dicunt̄ meritoria / nescio an intelligāt / ego fateor me nō intellexisse. Fides est meritū totū / vanissimū est vt vn⁹ act⁹ subitaneus dicat̄ dign⁹ vita eterna / oportet vt p̄sona sit digna. Chr̄us meruit nobis et donauit / donatq̄ q̄ttidie

¶ Secundū Quō possit esse meritum cū tn̄ omnes sancti peccent iuxta illud. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo. Et Christ⁹ vos cū sitis mali. Et dimitte nobis debita nostra. Et. B. Aug. Ve bonū vite ꝛc̄. Et rursus vnusquisq̄ mercedē recipiet secundū suum laborē. Et. iiij. Regū Est merces operi vestro Et Gene. xij. Ego merces tua magna nimis. Et Eccle. ix. Vnde comede in leticia panē tuū / et bibe cū gaudio vinū tuū quia deo placēt opera tua Immo caueat omnis Christianus ne vnq̄ incert⁹ sit an deo placeāt / op̄a sua / qui em̄ sic dubitat peccat et perdit opera sua cūcta. frustraq̄ laborat. sed oportet vt credat sese placere deo / vt Apl̄us. Gloria nostra hec ē testimoniū ꝯscientie nr̄e / q̄ sine crimīe cōuersati sum⁹ in hoc sc̄lo / Et iterū Nō sic curro tanq̄ in incertū / nō sic pugno q̄si aerez v̄berās. Et Petrus. Satagite p̄ bōa op̄a certificātes vocatōnē vr̄az Qui eī nescit aut dubitat sese bn̄e agere aut sp̄ male se

credit agere/ semp̄ peccat ac perdit vitā suam totā/ quia nō ex fide/ neq; in fide agit. Quid ergo faciemus/ quomō simul iudicium depcabimur et gloriam petem⁹. Respondetur Cherubin aduersis vultibus nos erudiūt/ hi enim vultu sunt contrarij/ sed prospectu in propiciatoriū cōueniunt. Sic ille auctoritates cōtrarie inter se/ in Christo cōcordant. Ideo opera nostra si sola aspicias pctā/ et ita iudiciū tibi est depcandū (.i. ne sola sine Christo discutiant̄) sed in Christo confidas ea placere deo/ q̄ ipa sola placere nō possunt/ vt orat Ecclesia. Ideo siue pecces siue nō. semper firmiter nitere sup Christū et iusticiā illam naturalē/ septies enim in die cadit iust⁹ et toties resurgit. Et p̄s. xxxvi. Cū ceciderit iustus nō collidet̄/ dñs em̄ supponit manū suam/ sicut ergo de Christo non debes dubitare quin placeant propter Christū in quo credis/ et sic sunt opa talis fidei et gratissima/ licet apud et in seipsis indignissima.

¶ Tertiū/ que sunt opera potissimū faciēda Respōdeo Maxime illa que pmouent iusticiam capitalē/ et minuūt originale peccatū/ ideo vnicuiq; est propria sui obseruatio necessaria. Quia originale peccatū/ vnumquenq; aliter et aliter impugnat. Generalia sunt orōnes/ elemosyne/ ieiunia/ Immo Ro. xij. Oīm pulcherrime/ et alibi. Mortificate mēbra vra. Quia illa tertia iusticia nihil aliud querit̄/ q̄ vt pctm̄ originale expugnetur/ et corpus peccati destruat̄/ et sic meritū sit ipa regnans iusticia/ nō aūt q; actus mereatur/ sed promouet meritum.

¶ Quartum pre oībus custodite ab operibus abs te electis/ quia hec non purgant peccata/ sed polluūt magis/ vt sunt nostro tempore ceremoniale/ oratōes/ vocule/ ecclesiarū structure Ideo illa opera magis purificant que deus imponit et vocat/ inde omniū sunt optima passiōes/ egritudines/ penuria/ ignominia/ mors/ quia hic solus deus operatur/ et hō patit̄/ et perfectissime occidit Adam/ mundaturq; Christus/ et palmes eius purgatur. Hec est enim via compendij ad salutē/ sed odiosa valde in actu/ iucunda in fine.

¶ Finis.

Class Wing
ZP547.L23
Accession
W 987

OCT 1953